



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 99. Sabaudia Ducissa vi rapta, ac jussu Burgundi Roveram delata

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

ter præcipui erant Joannes Lucembur-^{Sæcul. XV.}
gicus, Connestabilis S. Pauli filius natu ^{A.C. 1476.}
major, Grimbergus, Jacobus de Maës ve-
xilifer. Insuper Comes Remontius Co-
mitatus sui partem, quam reliquam ha-
bebat, amisit; Dux vero Burgundiæ o-
mni cunctatione remota Bisantium con-
tendit, veritus, ne Helvetii victricia sua
arma in hanc quoque provinciam exten-
derent. Lotharingus autem media spo-
lii parte accepta ad decem annos cum
Germanis, atque Helvetiis foedus per-
cussit.

§. XCIX.

*Sabaudia Ducissa per vim rapta, ac
jussu Burgundi Roveram delata.*

Interea Burgundus consilia, quæ Sabau-
diæ Ducissa cum Ludovico XI. agita-
bat, edoctus, inconstantiam ejus præve-
nire statuit; quocirca eam per vim ab-
duci jussit, dato hanc in rem negotio cui-
dam ex suis subditis Olivario Marchia-
no, qui tum temporis Genevæ agebat.
Hic Ducissam abripere, ejusque liberos
in Burgundiam deferre jussus, mandatum
Ducis in publica via, quæ Cambrio Gene-
vam ducit, exequitur; Ducissa præter o-
mnem expectationem ac periculi timorem
militibus cincta unacum filio suo secundo
genito, atque utraque filia capitur, & pri-
mum

Sæcul. XV. mum ad oppidum S. Claudii, inde ad
A.C. 1476. Burgundiæ Ducem abstrahitur, qui Mar-
 chianum minus benigno exceptit obtutu,
 vehementer in eum commotus, quod
 natu majori, & tertio genito Ducissæ fi-
 lio incurius evadendi spatium conces-
 sisset; hos enim nonnulli eorum famu-
 li mature periculo liberarunt, eosque ad
 Genevensem Episcopum illorum Patrum
 incolumes deduxerunt. Ducissa vero,
 ceterique ejus liberi ad Roverrense ca-
 strum in Burgundiæ Ducatu haud procul
 ab urbe Divioniensi situm deferbantur.
 Rebus ita succedentibus Ludovicus Gal-
 liarum Rex, ne Sabaudia a Burgundo
 subigeretur, vereri cæperat; hinc non
 modo juniorem Ducissæ Filium, ejusque
 fratrem, sed etiam Cambriensem, & Mom-
 melianensem arcem in suam potestatem
 redigere statuit. Nec Regis consilio se-
 cundus defuit eventus; cum enim Epis-
 copus Genevensis se munerum ac pro-
 missorum amplitudine expugnari fineret,
 ambo Principes sub valido militum præ-
 sidio Lugdunum deferuntur, & ad Del-
 phini Palatium deducuntur; interea ve-
 ro Sabaudiæ regimen Episcopo, Pede-
 montii autem administratio Bressiæ Co-
 miti relinquebatur.